

Gratianus cap. 550. num. 46.  
tom. 3.

11 Sed si scriptura testamen-  
ti neque facta neque incēpta  
fit, quia aut si scriptura te-  
stator nuncupavit suam vo-  
luntatem, & morte præven-  
tus est; aut si scriptura testa-  
menti cēpta fuit sed non  
completa, & non solum est  
dubium de perfectione vo-  
luntatis, sed de omni dispo-  
sitione testatoris, quia nega-  
tur non solum perfecisse te-  
stamentum, sed, & quod fa-  
cere cōpisset: quo in casu  
tam perfectio testamenti,  
quam testamentum ipsum  
sive dispositio testatoris per  
testes probanda est, vt tan-  
quam nuncupativum testa-  
mentum sustineatur, supplē-  
do solemnitates ob impedi-  
mentum superveniens, in  
casu quo cōpisset sed non  
perfecisset testamentum; vt  
in casu nostræ legis si quis cum  
testamentum 25. ff. de testamen-  
tis, qui numero testes requi-  
rantur difficile est. Et cum  
casus quotidianus sit, cōtin-  
git scēpè testatorem nō posse  
perficere testamentum, & vt  
sustineatur, per testes talis  
dispositio probanda est, pro  
viribus est examinandus.

12 Et quod in hoc casu quin-

que numero testes requiran-  
tur videtur probari ex eo,  
quod l. 3. Tauri, quæ est 2. tit.  
4. lib. 5. Recopil. in testamento  
nuncupativo quinque testes  
sine notario requiruntur, &  
cum notario tres. Ergo si hu-  
iusmodi dispositio, quæ vt  
testamentum nūcupativum  
sustinetur eodē numero te-  
stium probari debet.

13 Roboratur hoc ex eo,  
quod circa substantiam te-  
stamenti vbi fit probatio re-  
quiruntur tot testes in pro-  
bando errore aut in volunta-  
te inducenda probāda, quot  
in dispositione ipsa conficiē-  
da requiruntur. Vt latè Ca-  
stillo d. cap. 19. num. 14. & per  
totum, vt in probando præter  
missa à tabellione à testato-  
re tamen nuncupata. Ergo  
idem numerus testium in  
nostro casu necessarius erit.  
Vrsillus ad Afflicū decis. 166.  
num. 5. Alvar. Valascus cōsul-  
tat. 181. nu. 8. Mascardus con-  
clus. 406. num. 4. Gasp. Anton.  
Thesaurus lib. 4. quest. forens.  
cap. 28. num. 2. Castillo lib. 4.  
cap. 21. num. 107. & cap. 19. num.  
15. & cap. 6. per totum maximè  
ex nu. 18. Gratianus decis. 161.  
163. & 166. Cancerius lib. 3.  
variar. cap. 20. num. 413. plures  
novissimè relati per Ayllon

in Addit. ad Anton. Gomez lib. 1.  
cap. 5. num. 26. Vincent. Fusa-  
rius de substitut. quest. 283. nu.  
5. vbi loquitur de substitutio-  
ne omīssa in testamento te-  
14 stibus probanda. Surdus conf.  
129. lib. 1. num. 28. Sed quod in  
hoc casu quando testamen-  
tum infirmitate gravatus te-  
stator non perfecit, duobus  
testibus probari possit volū-  
tatis perfectio, & dispositio  
testantis, & sic probata vo-  
luntas debeat sustineri, so-  
lemnitates autem, & nume-  
rum testium ex prædicto im-  
pedimento suppleri, sequen-  
tibus probatur fundamentis.  
Primo, quia numerus testiū  
intestamētis solemnitas est,  
l. qui testamento 20. §. veteres,  
ibi: Eos, qui propter solemnita te-  
stamenti adhibentur, l. heredes  
palam, §. 1. ibi: Suffi-  
cit solemnem numerum ex au-  
dire, ff. de testamentis l. si unus  
12. l. hæc consultissima 21. C. de  
testamentis, §. sed cum paulatim  
instit. de testam. Ordinand. Et  
ibi: Pichardus num. 2. §. 9.  
vbi quod testes non tam ad-  
hibentur testandi actui ad  
probationem morientis iudi-  
cij, quam ad solemnitatem  
l. 1. & 2. tit. 1. par. 6. l. 3. Tauri 2.  
tit. 4. lib. 5. Recopil. ibi: La mis-  
ma solemnidad l. 1. eod. lib. & tit.

vbi Marienzus Gloss. 4. à n. 11.  
& 19. Baldus in l. 1. C. de Sacros.  
Eccles. num. 54. & in l. 1. §. eum  
qui, ff. de constit. pecun. vbi nu-  
merum testium non est for-  
mam substantialem, sed ac-  
cidentalem inquit, & in l. si  
veritas num. 11. C. de fideicommiss.  
vbi solemnitatem extrinse-  
cam appellat. Matica de con-  
iectur. vltim. volunt. l. 3. tit. 11. nu.  
2. & 3. & relati per Spinum de  
testamentis Gloss. 31. in fine. Mé-  
chaca de success. creat. lib. 3. §.  
30. num. 5. quæ opinio recepta  
est à Rota, vt attestatur Fa-  
rina cius decis. 131. num. 2. &  
decis. 718. n. 6. vol. 2. & æquior  
& tutior dicitur à Cancerio  
lib. 1. variar. cap. 4. num. 117. vbi  
quod secundum eam Sena-  
tus iudicavit, quidquid ve-  
lit Bartolus in l. nemo potest,  
ff. de legat. 1. Covarrubias in  
cap. cum esses num. 8. de testamē-  
tis, Alciatus lib. 6. Paradox  
cap. 17. Iulius Clarus, §. testa-  
mentum quest. 56. num. 2. Gra-  
tus eodem, §. quest. 54. num. 2. &  
3. Flores de Mena lib. 1. variar.  
quest. 1. num. 67. D. Francisc.  
Hieronym. Leo decis. 40. nu.  
40. lib. 3. qui tenent, numerū  
testium de forma substan-  
tiali testamenti esse, & non  
de probatoria. At cum in di-  
cto casu ex decisione, legis no-

15 *fr. si quis cum testamentum, ff. de testamentis ob voluntatis perfectionem, & impedimentum superveniens suppletur solemnitas, sequitur talem voluntatem duobus testibus sufficienter probari. Accursius in l. heredes palā, §. sed si quid post, ff. de testamentis verbo posse Salicetus in l. 2. C. de honor. possess. secund. tabul. nu. 2. vbi inquit, quod aut vult quis probare factum, & sic rei veritatem tantum, & sufficiunt duo, aut sic factū, id est solemniter factum, & requiruntur septem.*

16 *Confirmatur hoc primum fundamentum ex eo, quod traditur de testamento inter liberos, in quo quia suppletur solemnitas de iure communi duo testes sufficientes, l. fin. C. familiae exercitū, vbi Doctores, quos refert, & sequitur Barbosa num. 19. leg. hac consultissima 21. §. ex imperfecto, C. de testamentis, Glossa verbo quod sine in Authent. quod sine, C. de testam. vbi notat idē procedere quamvis testes mulieres sint. Glossa verbo excepto testamento in l. fin. §. in omni, C. de codicill. l. 6. tit. 1. p. 6. ibi: Non fuisset scriptos, mas de dos testigos, vbi Gregorius Glos. 3. Palacio Rubios in l. 3. Tauri num. 35. Mascardus d. conclus.*

763. num. 8. & conclus. 1358. nu. 53. Farinacius de testibus quest. 59. num. 68. Argel. de acquir. possess. quest. 6. art. 9. nu. 7. Genua de scriptura privata lib. 6. cap. 1. num. 240. Ruinus conf. 9. num. 2. Ioan. Franc. de Ponte conf. 46. num. 16. Laurentius de Pino conf. 25. num. 11. Ioan. Maria Riminaldis conf. 455. num. 1. vol. 3. Fusarius conf. 41. num. 17.

17 *Et quamvis in nostro Regno hoc privilegiū ablatum sit l. 3. Tauri qua est 2. tit. 4. lib. 3. Recop. nullius est praedicti ad argumentum, quia existente privilegio sine dubio procedit resolutio, & in nostro casu quando ob superveniens impedimentum non potest testator perficere testamentum, suo robore existit resolutio dictae legis si quis cum testamentum, & valet testamentum imperfectum ratione solemnitatis, si voluntatis ratione perfectum sit, ut supra cap. 3. dictum est.*

18 *Roboratur idem ex testamento ad pias causas, in quo dispensatur solemnitas, & idē duobus testibus fieri valet de iure Canonico cap. cum esses de testamentis, vbi Covarrubias num. 2. vers. primus namque, & Barbosa in collect.*

num.

num. 1. cap. relatum eod. tit. vbi etiam Covarrub. num. 9. & Barb. num. 1. & 2. Fulgosius conf. 23. Franciscus de Aretio conf. 64. num. 4. Corneus conf. 261. num. 3. lib. 1. Fusarius conf. 2094. num. 8. Surdus decis. 292. num. 2. Alvar. Valascus consult. 74. num. 4. 10. & 13. Gamma decis. 46. n. 3. & decis. 81. n. 4. Boerius decis. 93. nu. 5. Laurent. Kirchovius, com. opin. li. 18. pag. 373. tom. 2. Argel vbi supra num. 11. Farinacius num. 70. Thomas Sanchez conf. Moral, lib. 4. cap. 1. dub. 7. Diana tom. 7. tract. 6. resol. 14. Sed hoc in terris tantum Ecclesiae servatur, ut supra cap. 6. notatum est.

19 *Et in testamento facto coram Principe, in quo solemnitas alia necessaria non est, quia praesentia Principis solemnitatem omnem inducit l. omnium, C. de testamentis, l. 5. tit. 1. part. 6. Menchaca de success. creat. lib. 3. §. 24. nu. 6. Covarrubias in Rubr. de testamentis 2. part. num. 2. Pichardus in §. sed cum paulatim instit. de testam. Ordinand. num. 27. & 28. vbi idem statutum esse apud Gallos, & Saxones ex Oinotomo, Petro Gregorio, & Duareno animadvertit. Iulius Clarus, §. testamentum, q.*

56. n. 7. Gasus eod. §. q. 54. num. 17. Mascardus d. conclus. 1358. n. 47. Gothofredus in d. l. omnium lit. L. Molina de iust. & iur. disp. 129. n. 1.

20 *Et in testamento facto apud aeta iudicis, vel in eius praesentia, in quo similiter relaxatur solemnitas iuris civilis, & valet sine testibus, si alio quovis modo de testamento facione appareat Mechaca, d. §. 24. num. 7. & 8. Pichardus cum alijs n. 29. Gracius num. 18. Guilielmus Benedictus in cap. Rainutius de testamentis verbo testamentum. 1. num. 18. Farinacius decis. 123. n. 1. vol. 1. Vuesemb. ad tit. qui test. fac. poss. n. 10. lit. C. Bonacina tom. 2. disp. 3. quest. 17. punct. 5. num. 4. Fachineus lib. 6. contr. cap. 86.*

21 *An autem in tali testamento coram Principe vel iudice facto aliqui saltē testes describi oporteat, an verò nulli requiratur, valdē dubium fuit. Et quod saltē duo describi debeant, tenuit Bartol. in d. l. omnium Riminald. in §. 1. instit. de Donat. n. 358. Socin. Iun. conf. 138. n. 10. lib. 1. Oinotomus, in §. sed cum paulatim instit. de testam. num. 18. Covarrubias vbi supra n. 2. Clarus, & Gracius iam citati, Ioan. Petrus*

Aa Fer-

Ferrara in *practica lib. quo petitur hereditas ex testamento* 48. *vers. vallatum*, 6. nu. 4. qui vnum testem sufficere inquit, & cum sequitur Gothofredus *ubi supra lit. L. contrariū tamen tenuit Paulus in d. l. omnium*, & Menchaca *d. nu. 8.*

22 Sed subtiliter concordat Pichardus in *d. §. sed cum paulatim* n. 30. ubi inquit requiri testes saltem duos, qui probent ita coram Principe testamentum factum fuisse; quia, & constare de omni facto debet, an factum sit antequam de viribus quærat. Nam neque acta iudici alia fidem faciunt, antequam constet esse acta iudicialia *cap. quoniam contra falsam de probat.* Probato ergo duobus tribusve testibus ex regula *l. ubi numerus* 12. *ff. de testibus*, testamē

23 Secundo principaliter probatur hæc opinio ex eo, quod cum numerus testium solemnitas sit, & præcipua testamenti perfectio consistat in voluntate, ubi hæc fuerit perfecta sustineri debet testantis dispositio *d. l. si quis cum testamento*. At voluntas ultima perfecta duobus testibus

probat, & sic probata valet dispositio, & sustinetur testamentum, ut in Catalonia refert Cancerius *lib. 1. var. cap. 4. num. 1. & 2.* & Ripoll. *var. cap. 13. num. 542.* Et in Navarra, Gallia, & alijs Regnis tradit Burgos de Paz in *l. 3. Tauri ex n. 3. cum seqq.* in quibus equidem Regnis, & in multis civitatibus duobus testibus valet factum testamentum, quia solemnitas iuris civilis non observatur, & solum perfectio voluntatis attenditur. Sed in casu nostro solemnitas quoque non desideratur, quia ob impedimentum solemnitas suppletur, ergo duobus testibus probari potest voluntas in hoc casu, & sic probata sustinebitur.

24 Tertio, & præcipue probatur ex eo, quia ideo suppletur solemnitas in *d. l. si quis cum testamento*, quia propter necessitatem, & impedimentum superveniens nec potest perfici testamentum, nec celebrari actum in forma à iure disposita ad eius validationem. At in casibus necessitatis iure numerus testium dispensatur, ut ex Corneo, Alexandro, Iasone, Parisio, & Ripa latè probat

Men;

Menchaca *d. §. 24. num. 3.* & Grafus, *d. quæst. 54. n. 12.* argument. *l. casus C. de testamentis*, ubi Doctores tenent. Ergo in casu nostro numerus testium in testamento requisitus dispensandus est.

25 Quod autem in casibus necessitatis solemnitas, & testium numerus dispensetur, multis probari potest. Et primo ex testamento rustici in iure testantis *l. fin. §. fin. autem C. de testamentis* ubi quinque testes sufficiunt, cum alijs in quocumque testamento iure civili septem requirentur. *l. 6. tit. 1. part. 6. ubi Gregorius Gloss. 1. Grafus d. q. 54. num. 6. Clarus d. q. 56. nu. 6. Mascard. conclus. 1358. num. 45.* Flores de Mena *lib. 1. var. q. 1. nu. 56.* Burgos de Paz in *l. 3. Tauri num. 629.* T. ellus Ferdinandez *ibidem* 1. part. num. 5. Pichard. in *§. sed cum paulatim instit. de testam. Ordin. num. 21. & 22.* Ossualdus ad Donellum *lib. 6. cap. 9. lit. C.* ubi cum duobus testibus iustici dispositione valere tenet, Marta *de success. legal. tom. 2. part. 4. quæst. 1. art. 9. num. 2.* Gomez de Leon *decif. Hispal. 55. n. 1. & 2.* Valascus *consultat. 117.*

26 Rusticorum autem appellatione comprehendun-

tur omnes, qui rure habitant, etiam si nobiles sit. Bartolus in *l. conficiuntur, §. codicilli, ff. de iure codicillorum*, Menchaca *lib. 3. §. 22. num. 32.* Grafus *ubi supra* num. 8. Flores de Mena *num. 59.* Marta *dict. art. 9. num. 3.* Angelus in *tractat. de testam. gloss. 5. num. 8.* Scipion Rendine *Promptuarij recept. sent. tom. 1. tit. de testam. num. 5.*

27 Cum autem hoc privilegium ratione personæ, & loci concedatur, loci propter emergentem necessitatem, quia defecto ruri non adest copia tot testium, personæ, quia propter simplicitatem, & rerum civilium ignorantiam, nesciunt rustici, quæ solemnitates debeant adhiberi decisio prædicta procedit tantum in rustico, & rusti testante. Unde si rusticus in civitate testetur, & urbanus in rure, hoc privilegio uti non possunt. Ita dicunt Alexander in *dict. leg. final.* & Bartolus *numer. 2.* Et est communis sententia, ut inquit Boerius *decif. 228. post. numer. 10.* Valascus *ubi supra numer. 2.* Clarus *dict. quæst. 56. numer. 6.* Grafus *numer. 6.* & 7. Menchaca *§. 22. numer. 33.* Mascardus *conclus. 1358. num. 46.* Marta *ubi supra numer. 4.*

Aa 2 Mag-